

109  
REVERENDO VIRO DOMINO FRANCISCO

SCHILLINGIO, CATHEDRALIS ECCLESIAE

Moguntinensis Vicario, salutem plurimam per-  
petuamq; in Christo precatur

Conradus Vucis.

**N**on tantum libri declarauere prophani,  
Musica quod multis sit celebranda modis:

Biblia verum etiam caelesti numine scripta,

Hanc sub stelligerum laude tulere polum.

Hæc Franciscæ tibi fert castæ gaudia mentis,

Hæc velut est Capiti sancta corona tuo.

Hanc adeo deamas, ut non modo carmina quæuis

Cum doctis certes concinuisse Viris.

Ipsæ sed hæc etiam componas vberè vena,

O vir Musicola portus & auræ chori.

Hinc tibi Coruinus Musarum & noster amicus,

Hæc cygnea mele motus amore dicat.

His fruere & nostri, velut es, memor esse memento,

Namq; nec immemores nos iuuat esse tui.

Meilandiq; memor, quæ Cantica pectore prompsit

Conio, grata suscipe mentis opus.

Sic diuina tuas celebrabit Musica laudes,

Curatam & feriet lætus Apollo Chelyn.